

2451 tabella marmorea. Rep. una cum n. 2428 seq. GRANDI, deinde in vinea eius via Appia.

D M
M · VLPI · PRIMIGENI
SVI · FECERVNT

Descripsit Bormann. Grandi ms.

2452 rep. una cum n. 2428 seq.

AVRELIO LEONTIO filio... SSIMO v
QVI VIXIT · ANNOS...mens. VI DIES X v
DECESSIT v DIE v PRIMIGENI... S v AVG · IN v PACE
AVRELIVS v PRIMIGENI patER v FILIO CARIS

Grandi ms., unde edidit de Rossi *bull. crist.* 1872 p. 147.

2453 rep. una cum n. 2428 seq., fragmentum postea extabat in vinea Grandii via Appia.

IENIS v
VTES v
REVERENTIS
animA BONA CIVIS
5 m IIII D XXVIII
m ARITVS
animA E v BENE
merenti

Grandi ms. (inde de Rossi *bull. crist.* 1872 p. 147). Bormann descripsit ex vv. 5—7 ea quae dantur litteris rectis.

7 AL·BENE Borm.

Supplementa adscripsit Rossius.

XII. CASTRIMOENIVM (prope Marino).

Castrimoenium et Castrimoenienses ab antiquis auctoribus non memorantur nisi a Plinio 3, 63 (ubi traditur *Castrimonienses*) et in libro coloniarum p. 233 (ubi similiter traditur *Castrimonium*), ab utroque inter civitates regionis primae Italiae; ceterum suspicari licet non diversos ab eis fuisse *Munienses*, quos idem Plinius paulo post (3, 69) recenset inter populos veteris Latii qui interierint. Interierunt igitur, sed revixerunt sub nomine novicio¹⁾. Plura docuerunt inscriptiones. Stetit Castrimoenium prope Marino, in eo puto colle ubi hodie extat titulus n. 2474 ex monumento publico Castrimoeniensium reliquus, et a quo non ita longe distat titulus sepulchralis n. 2469 positus loco dato ex decreto decurio-

1) Quamquam quo tempore et quo auctore hoc factum sit, latet. Ad Sullam noli Castrimoenii originem referre propterea quod in libro coloniarum l. c. dicitur *munitum lege Sullana*; nam idem perhibetur illic de oppidis antiquissimis et quae numquam status sui mutationem passa sunt Bovillis et Gabiis (cf. supra p. 230 not. 4). Natum esse ex castro aliquo praeter nomen ipsius oppidi indicat etiam nomen quod habuit una ex portis *Mediana*; nam hoc vocabulum videtur esse castrense.

num Castrimoeniensium. Fuit municipium (n. 2460. 2466. 2474. 2472), habuit ordinem (n. 2466. 2473) sive decuriones (n. 2464. 2469) numero ut videtur triginta (cf. ad n. 2458), magistratus quattuorviro (n. 2454, si quidem hic titulus pertinet ad Castrimoenium) et quinquennales (n. 2468. 2472), sacerdotes flamines (n. 2468. 2474). Ex portis oppidi una dicta fuit *Mediana* (n. 2466). Floruit certe ab aetate Augusti Caesaris (n. 2459) usque ad M. Aurelium (n. 2462). Inscriptionibus illis vere Castrimoeniensibus non potui non coniungere inscriptiones repertas una cum eis vel prolatas ex vineis vicinis et ex ipso oppido Marino; quamquam ex eis fortasse nulla ad municipes Castrimoenienses pertinet. Narrat Flavius Blondus Forliviensis in Italia illustrata (ed. Bas. 1559 p. 319), ex Aricia marmora multa adlata esse Marinum ad ecclesias huius oppidi exornandas, unde suspicio originis Aricinae cadit in n. 2464. 2484. 2487 paulo post mortem Blondi in ecclesia aliqua Marinensi descriptas (cf. etiam ad n. 2470). Bovillis venerat in aedes Columnensium Marinenses basis ea quam dedimus supra n. 2408; inscriptiones origine urbanae olim Marini adservatae recensebuntur inter falsas et alienas.

2454 basis nuper effossa in vinea Septimii [cf. ad n. 2459] prope Marinum DON. (Neap.), id est ibi ubi n. 2459 seq.; contra in ed. idem DONIVS collocat eam in vinea Columnensium prope Marinum, itemque FABRETTIVS in vinea Bevilaqua, [quae fuit Columnensium], sub Marino.

GENIO
MUNICIP
corona SACRVM urceus
Q · AVRELIVS
5 FAVSTINIANVS
III · VIR · D · P · S

Donius ms. Neap. p. 41, 7, ed. 1, 144 (inde Mur. 77, 15), ubi dicitur vidisse; Fabretti 77, 82 (inde Vulpi Lat. 8 p. 177; Canina *Tuscolo* p. 169).

5 FAVSTINIAN... Fabr. — 6 om. Fabr. lacunam significans, III·V·D·F Don. ed.; ego secutus sum Donium Neap. — Ornamenta laterum memorat solus Don. (Neap., non ed.).

2455 basis lapidis Albani. In vinea J. Baptistae Valentis prope Marinum VIGN.; in vinea de Valentibus prope Marinum nunc de Gabriellis GVARN. Ibi extat. — S. I. GIORGI. — Rep. in una vigna del territorio Tuscolano MATT. fraude.

HERCVLI IN
VICTO SACR
clava M · AVRELIVS taurus
STEPHANVS
5 VOTO POSVIT

Descripsi. Vignoli col. Ant. p. 336, qui vidit (ex Vignolio Mattei *Tusc.* p. 107 et Murat. 63, 1; ex Matteo Vulpi Lat. 8 p. 173; ex hoc Canina *Tusc.* p. 169); Giorgi sched. Casanat.; Guarnieri ms. in scheda singulari F f. 280 descriptam a. 1749; Philippus Valenti apud Amaduzzium collect. vet. inscr. vol. II (sched. biblioth. Savignan.).

1 plenum exhibent priores omnes; nunc litterae pleraeque ex parte, nonnullae totae perierunt; eas dedi inclinatis, eadem de causa v. 2 ultimam litteram. — Ornamenta laterum solus memoravit Giorgi, negleximus reliqui omnes.

2456 ara quadrata GVARN., ara ex lapide Albano AM. In vinea de Valentibus nunc de Gabriellis prope Marinum GVARN. (ubi nunc non videtur extare). Rep. sotto Marino AM.

LARIBVS COL
FERENTIBVS

Guarnieri ms. F f. 280 in scheda singulari descriptam a nescio quo anno 1749; Amati ms. Vat. 9756 fin.

A dextra fractam esse indicat solus Guarn. — 1 CO..., 2 PERENTIBVS Guarn.

Laribus, collegis con]ferentibus, [mag(istri) ...] in mentem venit Mommseno.

2457 ara nuper eruta iuxta Marinum opp. in vinea Septimii ... [cf. ad n. 2459] DONI.

MATRI · DEVM
EX IVSSV ABV
RIVS · GENIA
LIS FECIT

Donius ms. Neap. p. 30, 10, ed. 1, 16 (inde Mur. 32, 7), cui dedit Paulus Mancinus.